Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

opposito in aliam partem prostruit et periclitantem conuertit.

Item dum in vico quodam
templum antiquissimum diruisset, et arbo
rem pinum que fano proxima erat, esset
aggressus excidere: tum vero antistes loci il
lius ceteraque gentilium turba cepit ob
sistere. Et cum idem illi ut templum euer
teretur imperante deo quieuissent. succidi
arborem non patiebantur. Ille eos sedule
commonere nichil esse religionis in stipi
te. deum pocius cui ipse seruiret sequerentur.
arborem illam excidi oportere. quia esset
demoni dedicata. Tum vnus ex his qui
erat audacior ceteris. si habes inquit
aliquam de deo tuo quem dicis te colere
fiduciam. nos metipsi succidimus hanc
arborem tu ruentem excipe. et si tecum tu
us est ut dicis dominus euades. Tum ille
intrepidus confisus in domino. facturum se
pollicetur. Hic vero ad istiusmodi condicionem
omnis illa gentilium turba consensit. fa
cilemque arboris sue habuere iacturam.
si inimicum sacrorum suorum casu illius
./. obruissent. Itaque cum vnam in partem suc
cisa corrueret. eo loco vinctus statuitur.
pro arbitrio rusticorum quo arborem esse ca
suram nemo dubitabat. Succidere ergo
ipsi suam pinum cum ingenti gaudio leti
ciaque ceperunt. aderat eminus turba mi
rancium. iamque paulatim nutare pinus
et ruinam suam casura minitari. Pal
lebant eminus monachi et periculo iam propi
ore conterriti spem omnem fidemque perdide
rant. solam martini mortem expectantes.
At ille confisus in domino intrepidus
operiens. cum iam fragore suo pinus con
cidens edidisset. iam cadenti. iam sup
se ruenti eleuat obuiam manum sig
num salutis opponit. Tum vero turbinis
in retro acta putares. diuersam in par

./. pinus illa esset acclinis ut non
esset dubium quam in partem
succisa corrueret. eo loco vinctus
statuitur pro arbitrio rusticorum quo

tem ruit. adeo ut rusticos qui tuto
in loco steterant pene prostrauit. Tum
vero in celum clamore sublato. gen
tiles stupere miraculo. monachi fle
re pre gaudio. Christi nomen in commune ab
omnibus predicari. satisque constitit eo die
salutem illi venisse regioni. Nam nemo
fere ex immani illa multitudine gen
tilium fuit. qui non imposicione manus
desiderata. dominum Ihesum relicto impieta
tis errore crediderit. Et vere ante
martinum pauci. admodum immo pene
nulli in his regionibus Christi nomen
receperant. Quod adeo virtutibus illius
exemplo conualuit. ut iam ibi nullus
locus sit. qui non aut ecclesiis frequentis
simis. aut monasteriis repleatur. Nam
ubi fana destruxerat: statim ibi
aut ecclesias aut monasteria construebat.

Ubi fano incenso ignem domui im
minentem fide repulit.

Nec minorem sub eodem fere tempore
eodem in opere virtutem edidit. Nam
cum in vico quodam fano antiquissimo
et celeberrimo ignem immisisset. a proxi
mam immo herentem domum agente
vento flammarum globi ferebantur. Quod
ubi martinus aduertit: rapido cursu
tectum domus scandit. obuium se adue
nientibus flammis inferens. Tum mirum
in modum cerneres contra vim venti ig
nem retorqueri. ut compugnancium
inter se elementorum quidam conflictus
videretur. ita virtute martini ibi tan
tum ignis est operatus. ubi iussus est.

Ubi ad diruendum fanum anglorum p

In vico autem cui le Ctidia meruit.
prosium nomen est. cum idem templum opu
lentissimum supersticione religionis
voluisset euertere. restitit ei mul